

**EXAGGERA  
NON NULLA  
DE REGIMINE  
SANITATIS,**

*inxtra*

**SEX RES NON NATV-  
rales , placita ex Hippocratis &  
Galeni libris defumpta, cum aliis,  
tum literarum studiosis, & iis, qui  
minus exercentur, cognitu necef-  
faria:**

**TER D. IOANNEM KATZCHIUM,  
Hallensem Med. Doctorem s. olim edita, fidere  
cens a variis mendis repurgata per  
I. A. S. L.**

**T**AME TSI dico esse humani corpo-  
ris principia Galenus in primo de tu-  
enda sanitate libro adfirmet , Semen  
videlicet viri , Sanguinemque men-  
struum mulieris : ramen tum vete-  
ges , tum neoterici Medici omnes ipsum se-  
quuntur

quanti prudentissime septem res numerant, quae corporis humani constitutionem ingrediuntur, quas quidem res naturales vocant: expeditque easdem tueri conseruareque per perpetuo similibus. Nam Medicus, qui harum rerum naturalium exactam cognitionem non habuerit, neque per morbum sanandum earum vires sedulo tuebitur, in eum haud dubie incidet sermonem: Morbus quidem curatus est; Homo autem obiit: id quod à quam plarimis quotidie facitari videamus, praesertim ab his, qui rationi experientiam sine ratione praeferunt, teste Galeno secundo aetatis curatiuꝫ libro ad Glauconem.

*Sunt autem septem res vocatae naturales,*

1. Elementa.
2. Temperamentum;
3. Humores.
4. Membravel partes.
5. Virtutes seu facultates.
6. Operationes vel Actiones.
7. Spiritus.

De his singulis nunc differere non est nostri instituti: Verum hoc non est silentio prætereundum, principio, Sanitatem non esse absolute elementorum, ex quibus constamus, aut medium temperamentum, quam Eucrasian vocant, aut debitam conuenientiam, quam Symmetrian appellant sed eam duntaxat, quæ similarium est partium.

Deinde instrumentalium partium sanitatem in-

In figura numero, magnitudine ac compositione familiarum consistere: functionibus vero secundum naturam obeundis sanitatis habitum discerni.

Postremo duplicem esse sanitatem: Vnam quæ optima, consummata ac summa est: Alteram quæ imperfetta & ceu ab hac deficiens est: quarum utraque maioris minorisque ratione diuisa duarum gentem habet latitudinem. Velati enim album corpus aliud magis, aliud vero minus album cernitur: ita & quod sanum dicimus, magis minus que tale esse videtur. Cuius rei duplex est demonstratio: Prima sumitur ex mutatione, quæ etatum vicissitudines sequitur. Alia enim sanitate fruuntur Infantes, alia itidem Iuuenes, & alia denique Senes, cum tamen omnibus per omnes etates liceat esse sanis. Tametsi si sit qui senectutem ipsam morbum esse velint. Altera administratio ab actionum differentia habetur. Siquidem nec qui sani sunt, omnes oculis & que cernunt: sed alii perspicacius, alii obruius: Nec auribus pari modo audiunt. Sed nec pedibus nec manibus ex aquo similiiter valent sed hic probius, illi deterius. Neque reliquorum denique membrorum munia similiter omnes obeunt, immo in singulis pene magna est in excessu defectuque diversitas: Tamen cuique propositum est seruare tueri; eam quam ab initio accepit sanitatem. Nam si quis eos duntur, et sanos esse contendat, quorum singula membra functiones suas obeunt absolutissime, certos qui minus probe sint affecti, non esse sanos: is vincens artis quæ de sanitate tuenda instituitur

*s. libr. de f. tur, fundamentum subuerteret. Hoc ex Galeno  
titat, tuend. eam ob rem assignauit, ut quisque intelligat haud  
similem vniuersitatem hominibus naturam con-  
tingisse: ob idque nihil feliciter eadem virtus ra-  
tionem omniaib[us] praescribi posse, quam si Sutor  
vnam calopodium omnibus hominibus adapta-  
re conetur.*

Potio ex prædictis septem rebus naturalibus  
humanum corpus constitutum formatum; du-  
bus potissimum modis in sanitate conseruatur.  
Uno quidem ac primo modo. (Quia corpus in con-  
tinuo fluere est) per restitutionem illius quod  
exfluxit. Si enim ex corporibus nostris nihil ef-  
fluueret, sed aqua moles substantia semper ferua-  
retur, nulla foret alimenti necessitas.

Altero vero modo conseruat corpus per ex-  
crementorum, quæ per concoctionem collecta  
sunt, expulsionem.

Quæ ambo si rite à medico ac sedulo procul-  
rantur, necessario sequitur, corpus præpropere  
nec senescere, neq[ue] putrescere: Atque sic primo  
modo à celeritate mortis naturalis: Secundo ve-  
ro modo à morte accidentalí securus redditur.  
Nemo enim existimare debet, Attem de sanita-  
te tuenda corporis immortalitatem præstare,  
quemadmodum Galeni temporibus quidam so-  
phista edito libro immortalitatis viam docere  
aggressus est. Huius similes hodie sunt, qui tam  
est omnium bonarum literarum expertes sint,  
mira tamē βαθολογία aureos de se montes pol-  
liceri audent. Sed non est nunc de his locus. V-  
terque vero cōseruandi modus perficitur per sex  
inevitabilis res, quas tum veceres, tum nesteri-

ci

si Medici prudenter non naturales vocant: propterea quod tam morbi quam sanitatis causa esse poterunt. Si namque ut necessitas corporis exigit, cum mensura & aequalitate opportuna adhibentur, sunt res salubres causaeq; sanitatis: Sin prater necessitatem citraq; modum corpori adferuntur, sunt res insalubres, causaeq; morbit: ob id commodam artificalemq; requirunt administrationem.

*Sunt autem haec Res non naturales:*

1. Aer,
2. Cibus & potus,
3. Repletio & Euaeuatio,
4. Exercitium seu motus, & quiescere,
5. Somnus & vigilia,
6. Accidentia seu motus animi.

Porro per hasce sex res non naturales (quibus duas virtutes, scilicet pulsativa seu vitalis, & naturalis deseruiunt) in sanitate conseruantur totum humanum corpus, scrite ac debite administrantur. Per easdem enim sit non modo refectio eius quod è corpore effluxit, verum etiam excrementorum expulsio.

Quod vero è corpore nostro assidue effluit, aut est substantia aerea & ignea, & potissimum restauratur per aeternam, mediante virtute pulsatua: Aut est substantia secca, & restituitur per cibum: Aut est substantia humida, & restauratur per potum, agente virtute naturali: & sic prima duas res non naturales, Aer videlicet, & cibus ac potus, potissimum refactioni deseruiunt, quemadmodum deinceps videbimus.

D E

DE GYBERNANDA  
DE PRIMA RE NON  
*Naturali, aere.*

Quando vero Aer tam per inspirationē, quam per accertatum motō ac pulsū in attritus nobis lissimam in corporis nostri partem, videlicet spiritus vitales, ani nates, nat. trahitque, qui sunt defubitaria lignea aerea que, conseruat et pumum de ipso tanquam de nobilitate emus.

Sciendum quod aer inter ceteras res non naturales principatum obtinet, fortiusque humānum corpus aterare poterit omni alia re non naturali: partim quia continuo degimus in ipso, nullaque eius vitandi ratio est, quando sine eo inspirato non conceditur vivere, inquitque nobis hauriendus est: partim quia nunquam non nos vindique ambiens subtilitate tuz substantiae in profundum corporis ingreditur, per vniuersos corporis poros dilatatione arteriarum attractus: partim quia est pabulum, imo de substantia spiritus vitalis.

Ipsie vero aer in se multis patitur mutationes, tum propriet subtilitatis tuz sanitatem, qua valde mirabilis est, tum quia inter quatuor Elementa (si Astrologi credimus) plures habet Planetarum Sphaeras, quae ipsum continuo mouent ac alterate possunt. Sphera namque Solis tantum mouet ignem. Sphera Lunæ aquam: Sphera stellarum ixaram terram: reliquæ vero sphæræ omnes, sicut saturni, iouis, Martis, Veneris & Mercurii, mouent aërem. Et credamus, inquit astrologus.

Cuius rei gratia aer ybi bonus est & commodus,

dus, plus iuuamenti humano corpori adfert omni alia re naturali. Contra vero vbi noxius est matusque, ibi omni re est nocentior, imo pestilentialissimus est.

Saluberrimus vero vniuersis hominibus aer iudicatur, qui optimas ac purissimas. Optimus autem ac purissimas aeris est, qui nec stagni, nec palidis halitus sit infectus, nec aliquid ex metal lis, aut caminis aut barathris sibi admixtum habeat, nec ex profundo specu pestilentem auram spiret; Nec qui ex cloacis, quæ urbem aut numerosum exercitum purgant, vitium contraxerit; Nec qui ex animahum olerum aut leguminum, aut cuiuscunque rei putredine coinqinetur; Nec qui ob stagnum aut flumen vicinum nebulosus sit. Nec qui editis vndiq; montibus aut adficiis in eato loco oculus nullum recipit perflatum: suffocans enīa purisque est, similis ei qui in domibus quibusdam est inclusus, in quibus ob putredinem & perflatum defectum plurimus ac eruantur sicut. Huiusmodi ergo aer omniatati est noxious: sicut est diuerso qui purus omnino est, nulli non atati est saluberrimus.

Hinc admodum prudenter ministrare videtur principes ac magnates, qui in locis liberis veluti ad finem ciuitaturn, ad Orientem, Septentrionem, aut Occidentem arces suas edificare solent, vbi commode perflat possint, & ab hominum mechanicorum factore, præcipue cadauerum, sint liberae.

Sic aeris quidem essentia vniuersis hominibus qualiter conuenit, quæ optima est.

At vero qua ex ipsis qualitate, calido scili-

E e cet

cet aut frigido, humido aut sicco contingit diuersitas, non perinde se ad omnes homines habet; Sed corporibus quæ optimo temperamento sunt, etiā optime temperatus aer est saluberrimus. Optime autem temperati aeris termini hi sunt, ut in aere quidē ambiente, neque horreat corpus propter frigus, neque sudet propter æstum. In quibus vero aliqua exuperans qualitas dominatur, his utilissimus aer est, qui ei qualitati maxime est aduersus: utpote frigidus aer calidæ, calidus frigidæ: Humidiori qualitati, siccus aer: Sicciori quam parest, tanto humidior, quantum siccitas ipsa modum excessit. His omnibus prospiciat oportet qui vires illæs tue velit.

### DE QVATVOR MUN- di plagis.

Quod autem ad quatuor mundi plagas attinet, Orientem videlicet, Occidentem Septentrionem, & Meridiæ, nō ignorandum est, quod aer & venti Septentrionales omnium pene salutem censentur.

*Galen. in 1. detemp. lib.* Quippe qui non modo putredinem aliquam non adferunt, verum etiam ipsam, si adest. corrugant. Quamobrem tempore pestilentialis huic plaga fenebris non unquam apertas esse expedir, quia Boreas, qui frigidus & siccus natura ventus est, pestilentem aerem sicut & solares radii, corrigeret solet, omniaque impunita seruare. Orientales vero venti, quia calidi & siccii, Occidentales vero, quia frigidi & humidi censentur, non infestus existunt,

Om-

Omnium deterimi sunt Meridionales venti,  
quia calidi natura & humidisunt: qua de re o-  
mnia facilime Austrino statu putrescant. Vita-  
di igitur sunt, præcipue vero infecti aeris tem-  
pore.

DE ANNI TEM-  
poribus,

Inter quatuor anni tempora saluberrimum Ver.  
Ver esse Hippocrates testatur, ideoque tempera-  
tum esse constat: Longeq; errant qui ipsum Ver  
calidum humidumunque esse autumant, cum nul-  
lum temperamentum putredini magis obnoxium  
sit, quam calidum & humidum. Quod sane tem-  
peramentum (ex Galeni sententia) in quatuor  
anni temporibus inuenire nequeas: in graui ac  
pestilenti aeris statu nonnunquam incidit Aer  
itaque Vernalis, tum quia temperatus est, tum  
quia ob solem ascendentem à commixtis va-  
porib. depuratur: saluberrimus minimeq; mor-  
tifer censendus est.

Aurumnalis vero aer sedulo fugiendus est, nō  
quod frigidus sit & siccus, ut falso quidā illi hoc  
temperamentum adsolute adscribunt, sed pro-  
pter inæquabilem eius temperiem, qua maxime  
autumnūm morbiferum facit & exitiale, sic  
ut Hippocrates illa sententia significauit: Cum  
eodem die modo frigus, modo calor nos vrget,  
Autumnales expectandi morbi sunt.

Hyems vero frigida & humida, æstas autem  
contra, calida & siccus est. Ethuiusmodi qui-  
dem temporum vicissitudo iuxta Proverbiū,  
ἀμέταπολεστῶ πάντω γλυκεῖα νό solū suavis  
Ee 2 est,

*Autumnus*  
*Gal 1.lib.de*  
*temp.*

*Hyems &*  
*æstas.*  
*1. omnium*  
*rerum vi-*

*oiffitudo sua.* est, verum etiam ad valetudinem necessaria.  
*na est.* *Gas.* Nam si vnum anni tempus frigidum in corpore  
*len.* *de tem-* pituitoso aut parato commouere poterit Epile-  
*pera.* *lib. 5.* piasm, Apoplexiā, Paralysin, aut similes mor-  
**bos:** Tempus vero calidum in corpore bilioso  
& parato, maniam, febres acutas, & id genus alios morbos: Quanto magis si duo triane tem-  
pora, aut totus annus eiusmodi fuerit? præcipue  
si totus annus (aut magna ex parte) Austrinus  
fuerit, pluatq; per astum imber largus assidue.  
Id namque humili ac calidi status proprium est,  
ut in astu assidue pluat. Tum vero necesse est,  
ut aut magna pestilentia succedat, aut magna  
hominum corruptela, ob putredinem subsequan-  
tur. Quapropter exæders temporum qualitas  
cum contraria sibi qualitate semper corrigende  
est.

Hæc quidem de aere, qui deperditam aeream  
igneamque corporis substantiam, videlicet spi-  
ritus, restaurat, nunc sufficiens: si modo hanc re-  
staurationem, per virtutem pulsatiuam seu spiri-  
tualem perfici denuo admonuerimus. Nunc ve-  
ro de restauratione humidioris sicciorisq; sub-  
stantia que effluxit, dicendum est. Atque hæc  
quidem restauratio per virtutem naturalem nu-  
tituam perficitur. Cui quatuor virtutes natu-  
rales nulli non corporis partii insitæ attrahitrix in-  
 quam, reteretrix, concoctrix & expultrix desex-  
munt. Cibus namque & potus non nutriunt,

ali si per dictas virtutes probe mutantur.

confectique sint & adfici-

milati.

D. f.

*Deficunda re non naturali.*

## C I B O E T P O T V.

Circa cibi potusque administrationem multa à multis dici solent, omnia tamen fere eo refe runtur ut bona commodaque coniectorum in ventre fiat concoctio Neque enim quisquam (si Galeno Medicorum principi credimus) morbo corriperetur, si accurate obseruaret, ne in cruditates incideret, nec post cibum vehementer exercitaretur. Hinc idem Galenus à crassulentique succi cibis non prohibet eos, qui nulla re impediri exercitatione multa somnoque ad facietatē vti possunt. Breuiter igitur circa cibi rationē sex consideranda sunt.

Primum cibi substantia, secundum cibi quantitas, tertium cibi qualitas, quartum tempus, quintum ordo, sextum consuetudo.

## DE CIBI SUBSTANTIA.

Primum quo ad substantiam, An tenuis, aut crassi succi cibus sit, obseruandum est.

Quamuis neque crassus neque tenuis cibus damnandus sit, neuter tamen quandoque virtus caret. Siquidem crassus cibus difficulter concorsitur, lentumq; ac glutinosum succum gignit, qui calorem innatum suffocando extinguere potis est.

Tenuis autem cibus parum nutrit, corporaque eo aluntur, & gracilia & imbecilla reddit: imbecillitas vero morbis facile est obnoxia.

Ad bonam itaque tenetendam valetudinem cibi

Ee 3      sunt

sunt eligendi, qui neque tenuem neque crassum  
penitus succum signunt, sed qui medium quasi  
inter tenuem et crassum que naturam habeant. Cu-  
iusmodi sunt.

## DE PANE.

Panis mundissimus ex farina triticea cum sale  
ac fermento secundum aitem probe confectus;  
cuins grana non in aere infecto, nec de terra cor-  
rupta sed sana sunt collecta quia ob vetustatem  
non corruptus sit, nihilq; vitiarum lollue, quae  
oculis aeriusq; incommodate solent, commixtu-  
habeat.

Ex Gallinaceorum genere sunt tana mares,  
quam foeminae, & caro pullorum.

## DE AVIBVS ET

*Tifibvs.*

Ex aubus phasiani, perdices, columba, turritis-  
res, & oranes fere aues sylvestres.

*Galen. Indi.* Ex piscibus sunt saxatiles, marini & squamo-  
si, qui in aqua munda arenosa & nati & capti  
sunt, habentes carnes duras, friabiles, sapidas &  
bene odoratas.

Aues namque & pisces fere omnes boni suc-  
ei censemur, exceptis lacustribus, palustribus,  
& qui in immundis fluminibus ac turpidis de-  
gunt: minus enim sepe natationibus exercent,  
vitiatoque tum aere, tum viuis genere vntur;  
presertim si in aquas illas urbis alicuius ampli-  
fimae latrinarum, balneariorum, culinarumque los-  
tura purgamenta defluant. Caro enim animan-  
tium

tium, quæ in eiusmodi aquis viuunt ac immo-  
rantur, deterrima est.

*De sylvestribus & quadrupedibus,*

Sylvestrium animalium caro, quia multis cur-  
sationibus se fatigant, & in aere sicciori ver-  
santur, quam domestica incolunior censematur.  
Pluribus enim diebus à putrefactione adserua-  
tur. Caro tamen hœdina, vitulina, aliorumque  
id genus laudabilem animalium, non est reii-  
cienda.

D E L A C T E.

Lac omnium fere Medicorum sententia pro-  
batissimi succi habetur. Muliebre tamen lac pris-  
mas sibi vēdicit, deinde lac asinum: postea ca-  
prinum, tandemque vaccinum & ouinum.

Necesse autem est ut animal, ex quo lac sumi-  
tur, sit boni habitus boniq; succi, qui quidem ex  
optimis pascuis ac nutrimentis eueniunt.

Immiscenda tamen lacte est vel mellis puri,  
vel sacchari & salis non nihil, ne in stomacho co-  
aguletur: vacuo præterea stomacho sumendum  
est scorium præsertim absq; piscibus.

Porro assiduus lactis vls dentibus ac gingivis  
officere solet, has enim humentes & flaccidas,  
dentes vero putrefactio[n]i & erosioni obnoxios  
facit. Assumpto igitur lacte conuenit vino dilut-  
to, cui aliquid mellis ht admixtum, aut (quod  
præstantius est) primum melicrato, deinde vino  
adstringente os abluere. Sic enim si quid ex la-  
cte caseosum dentium interstitiis gingivisque  
infarctum obha[s]it, abstergetur.

Ee 4 DE

## DE OVIS.

Inter cibos mediocres numerantur oua gallinarum. Eliguntur autem paruula, oblonga, ad mediocritatem cocta. Nam si nimis sorbita sunt, ut facile digeruntur, ita & eorum nutrimentum facile evanescit, dissipaturque.

## DE CASEO.

Caseus omnis crassus, vetus vero etiam mali succus est. recens autem nonnunquam mali, sed minus crassus succus est quam vetus.

DE CIBIS OMNIBVS HOMINI-  
bus vitando.

Cibi vero vniuersis hominibus noxi sunt, qui excellentem in primis qualitatibus virtutem obtinent, sive in calido, sive in frigido, sive in humido, sive in sicco: vti sunt allia, cepae, porri, caules, sinapi, & fructus pene omnes qui a sterui exiccari queant, sed antea quam excentur putrescant, ut mora, persica, fungi, pepo res, & id genus. Haec de cibi substantia sufficiant.

DE CIBI QVANTIT-  
ate.

Secundo consideranda est cibi quantitas, quanta esse debet, ut commoda eius fiat in ventre concoctio, & quantum natura, non appetitus sufficiat, quaqueq; minime grauet ventriculum: quod cum vitari in imbecille ventriculo nequeat, primum

zimum est ut quam citissime grauis esse desinat.  
Solus enim temperatus stomachus tantum ap-  
petit, quantum concoquere potest.

Frigidus vero natura stomachus melius app-  
petit, quam concoquit: Calidiora. stomachus cens-  
tra melius concoquit, quam appetat: potius ergo  
cibi crassi, quam subtile ei conueniunt, quia illi  
concoquuntur hi vero in eodem corrumuntur. *Galen. in ap.*  
Exploranda igitur est stomachi temperatura, qua*med.*  
pro artate, sexu & aliis variatur.

Ad hæc sciendum quod ut nimia quantitas,  
ita & nimia cibi paucitas stomachi coctionem  
impedire poterit. Nam si in magno stomacho ad-  
eo exiguis sit cibus, ut stomachi corpus corru-  
gatum vndiq; amplecti eibum non possit, non  
exæcta, nec commoda fiet eibi concoctio. A ni-  
mio autem cibo stomachus multo vehementius  
læditur. Membrū enim ultra modum extensum  
in continuitate sua nonnunquam soluitur, qua-  
re virtus eius naturalis omnino deficit, sitq; cri-  
ditas, qua mater est omnium ægritudinum; ob  
idq; dici solet, Plures mori crapula, quam gla-  
dio. Etenim multis nominibus exitialis est cru-  
ditas. Primum enim crudi succi si copiosi in cor-  
pore sunt, grauāt: Deinde tum multitudine tum  
crassitudine sua exiguios corporis meatus ob-  
struentes calorem innatum extinguunt. Ruisse  
manifesta sua qualitate nō tantum alterat tem-  
peramenti mediocritatem, verum etiam corrum-  
punt. Denique cum nutritre corpus, priusquam  
concoquantur, crudi succi nequeant, syncopæ  
obnoxium reddunt.

*Quotquot enim superflue se repleuerunt, aut 2. Ap. 2. 27.*

Ee s. IMPRA

rupta vena, aut suffocato calore naturali subito interierunt, vt Galenus de quibusdam athletis testatur. Et Hippocrates, Vbi cibus (inquit) præter naturam copiosior ingestus est, inde morbum creati sanatio indicat. Hinc est quod medici communiter fercu' orum multitudinem in una mensa dominant, ne ob varietatem, quæ delectare solet plus cibi quam concoqui possit inge- ratur. Quamvis mihi non pauci sunt noti, quos unius cibis repletio magis quam moderata va- tetas iudit, vt in hoc certe consuetudo experien- tiaque non parum momenti habeant. Breuitet vero sciendum est. Quod

Cibus	Multus, plenus seu	{	corpo-	{	auget,	
	etraslus				tis vir-	conser-
	Moderatus				tutem	uat, mi-

Paucus seu tenuis

Si igitur augere corporis robur voluerimus, vs- temur alimento malto seu pleno: si custodiare, mediocri Si vero minuere ac demoliri vites cor- poris voluerimus ( id quod per sanitatem nun- quam, in morbis vero non omnibus, sed quibus- dam tisq; acutis moliendū est ) vtemur alimen- to paucō ac tenui vītu.

Sicut igitur in substantia cibi distum est, me- dios cibos eligendos, ita in quantitatē etiā me- diocritatem feruasle optimum fuerit. Hinc recte Hippocrates inquit: Non facetas, non fames, neque aliud quicquam, quod modum naturæ excederit, bonum: Omne enim nimium natu- ræ est inimicum.

Quan-

z. Aph. 4.

Quando tamen à medio ad aliquod extre-  
rum declinare necesse fuerit, tutius, meo quidē  
iudicio, erit ut plurimū in paulo pleniore, quam  
nimis tenui vīctu excedere, vt clarissime Hippo-  
crates testigunt. Quis, inquiens, error cōwittit  
grauior in tenui vīctu quam paulo pleniore.  
Propterea etiam sanis valde tenuis stataq; & ex-  
quisita vīctus ratio parum tuta, quoniam errores  
grauior ferunt, ob hoc igitur tenuis vīctus atque  
admodū exquisitus, eo qui paulo plenior est, vt  
plurimū magis periculosis existit. Ex his Hippo-  
cratis verbis manifestū sit, per vīctum paulo ple-  
niorem vires corporis augendas potius, quā per  
tenuem deſiciendas esse. Sicut enim corporis im-  
becillitas morbis fere omnibus obnoxia est, ita  
contra natura fortis nulli nō morbo resistere po-  
test, dum materiam morbi mire expellit, Galeno  
teste. Atque hæc fere causa est, cur violenti non-  
nulli homines omnibus pene in rebus inordinas-  
te viuentes nullam tamen agritudinem incur-  
rere videātur. Adde quod nōcumentum crudita-  
tis & morbi materiales facilius sanantur, quam  
morbis immateriales & arefactionis.

Summe tamen curandum, vt si quando mes-  
diocritas plane seruari nequeat, excessus saltem  
sit mediocris. Ne habitus corporis ad summum  
bonitatis attingat: Siue enim refectiones, siue  
euacuationes, si ad extreum perueniant, perि-  
culosa sunt teste Hippoc.

## DE CIBI QVALITATE.

Tertio consideranda est cibi qualitas, His e. 6 lib. de fin  
nim qui ex quali temperamento sunt prædicti, ex-  
nat. tuend.  
quas

quales ac temperati cibi ac potus maxime con-  
ducunt. Tanto enim melius est nutriens, quan-  
to iis iucundius est quod comedunt. Itaque ci-  
bis medicamentis vt iis temere non expedit,  
siq; idē calidores tibi (vt alia, cępa, sinapi &c.)  
sanguinem adurē & excoquunt, frigidiores au-  
tem cibi phlegmaticum humorem geneant, qui  
tum manifesta sua qualitate, tum substantia sua  
graissa & viscosa, calorem inneatum suffocando  
extinguit.

Porro intemperatum quidem temperamentū  
tum si vertere quis in melius velit, alimenti spe-  
cies cōtraria esse saperanti qualitati debet. Sen-  
sim vero id citraq; noxā fiet si & p̄s sit medicus,  
& is qui curatur à negotiis ita liber sit, vt omnia  
suo tempore peragat. Nam qui negotiis distri-  
ctus est, illi longe tutius fuerit, vt nee renter  
temperamentū suum mutare, sed accommo-  
da sibi nutrita sumat. Apta autem sunt hue  
midis quidem humida, siccis vero sīcea: Nutri-  
tio enim fit, cum cibis corpori assimilatur. Ci-  
tius vero adsimilantur sīcca siccis, & humida hu-  
midis: hinc rectissime Hippocrates: Humidus  
victus omnibus febricitantib. (inquit) confert,  
maxime vero pueris, & aliis qui tali victu uti  
consueverunt.

Qui vero calidore frigidoreve temperamen-  
to sunt prædicti, iis contraria dare semper expe-  
dit. Facilius enim similibus alimentis in mor-  
bosam intemperantium abeunt, quam qui hu-  
midiore aut sicciorē sunt temperamento, ob ca-  
lidi frigidique vehementem efficaciam Physicis  
notam.

Porro

*G. de sanita-  
te suenda.*

*I. lib. As-  
pboris. 16. 6.  
de sanitate  
suenda.*

Porro tametsi moderata ciborum varietas co-  
cedenda sit, sedulo tamen caudendum est, ne cibi  
vna vice sumendi sine substantia, sive qualitate  
valde inter se diuersi sint: Nam ob substantiam  
diuerositatem in aequalis fit concoctio, ut pateret de  
carnibus boum & hœdi in eadem olla simul de-  
coctis.

Ob qualitatis vero contrarietatem ac pugnam  
inter se oriuntur in ventre tormenta & inflatio-  
nes, quæ non nisi pugnantium expulsione finiri  
solent: ut Galenus de brasile testatur, quæ licet  
simples esse videatur natura, tamen composita  
est. Succus enim eius ad expulsionem stimulat,  
solida autem eius substantia stringit ventrem:  
ob id tutius est succum à substantia separare.

### D E C I B A N D I T E M P O R E .

Quarto obseruandum est in cibando tempus,  
quod trufatiam consideratur: Primo ratione ani-  
ni, secundo ratione etatis, tertio ratione diei.  
Non parum enim ad victus rationem instituen-  
dam anni tempora conferunt. Hiberno namque  
tempore & plus appetunt homines, & cibum fas-  
cilius concoquunt, quam in astate. Cuicis rei cau-  
sam reddit Hippocrates, Ventræ, inquiens, hyc.  
me & vere natura calidissimi sunt, & somni lon-  
gissimi: quare per ea tempora alimenta copio-  
siora sunt exhibenda: Etenim calor in uatus tum  
plurimus est, vnde & pluribus egent alimentis.  
Oportet enim esse alimenta non solum quanti-  
tati eius quod ex corporibus nostris effluit, sed  
& innati caloris multiitudini proportionata.

Porro Hyemi adsimilatur & versus initium, Sc. *Hyp. de vita.*

*Aus rati. pri.*

**Autumnus finis:** & statim vero finis Veris, & Autumni initium similia sunt.

*Hyems.*

Quod autem ad temporum qualitatem attinet, Hyems quidem tempore, cum immoderate frigida humidaque sit, corpus calefaciendum exsiccandumque est: ideoque plurimo cibo, sed calido & secco: potu vero paucissimo, eoque mercificissimo: carnibus magis assatis, quam elixis: holeribus paucissimis hoc anni tempore utens dum est.

*Ver.*

Vere autem: quia temperatum est, temperatis cibis ac poribus utendum, paulo plus dilutiusque quam in hyeme bibendum, ciboque pauculum demenduam est.

*Æstas.*

& estate vero, quia hoc anni tempus calidum siccumque est, corpus exuritur, siq[ue] salidumque evadit: ob id humectandum refrigerandumque corpus est. Commodissimum igitur fuerit tum temporis nutrimento vti humido & molli: carnibus potius elixis, quam assatis: potio sit multa, magisque diluta, quam in vere.

*Autumnus:*

Per Autumnum vero cibo paulo pleniore & sicciori boniq[ue] succi vti expedit: minus vero sed mercius bibere commodum est. A fructibus vero qui tum abundant, quia communiter putrescibilis sunt, abstinendum est, exceptis fructibus austerioris, qui non facile corrumpuntur.

*Secundum  
tempus atas  
m.*

Differentia etatum etiam nonnihil conductit ad virtus rationem capiendam. Siquidem senes facile ferunt inediā: pueri difficulter: medix autem atates inter senes & pueros, quanto alteri ipsorum proximiores sunt, tanto minus aut magis ex longis inediis offendūtur. Egregie

igit-

Igitur Hippocrates: Senes, inquit, facilime ieiunium ferunt: secundo loco, qui aetatem constantem agunt, minus adolescentes, omnium minime pueri, praesertim qui inter eos viuidiores sunt: Qui enim crescunt, plurimum habent calidi innati: plurimo igitur egent alimento: alioquin corpus absuntur. Senibus vero parum calidi innati inest: paucis propterea fomitibus egent, quia a multis extinguntur.

Ex his manifestum est, pueris multum cibi ac sepe in die dandum esse, propter nullum eorum calorem innatum, qui alioqui in substantia humida ac molli absuntur defuitque. Senioribus vero ac decrepitis saepe quidem, sed parum pro vice comedendum esse, ne paucus eorum calor multo alimento extinguitur: sicut parua flamma multo oleo simul infuso extingui solet.

Tempus vero diei sic considerandum est: ut per a statem saepe quidem in die, parum tamen pro vice vna, & horis & locis communiter sive arte sua natura frigidis, cibum sumamus: in Hyeme vero contrario modo Nunquam tamen, nisi priore cibo probe concocto versus ac naturalis ad sit appetitus edendum est: sicut rursus nec famelico stomachocibus denegandus est, ne impletatur malis humoribus, videlicet biliosis, pituitosis ac serolis, quos iecur nonnunquam stomacho valde appetenti trahentique remittit.

#### DE ORDINE CIBORVM.

Quamuis melius sit minime varios neq; subsstantia, neque qualitate cibos simul in vna cibatione coniungere: tamen quando id ob consue-

suetudinem, aut magnatum reverentiam hoc nostro etmpore vbi venit, tum si stomachus fues-  
ti frigidus, qualis in sensibus & ociosis homini-  
bus esse solet, semper mollia & humida & que  
concocta sunt facilia praemittere expedit. Con-  
tra vero, si stomachus fuerit praecalidus, vt est in  
quibusdam iuuenibus laborantibus ac exercen-  
tibus (e quos Galenus facilius carnes bravinas,  
quam saxatiles pisces concoquere potest scribit)  
iis expedit crassos, secos, duros, que cibos pra-  
mittere subtilibus ac mollibus. Crassis namque  
cibi saepe belie in eorum stomachis concoquan-  
tur: suotiles autem in nidorulentam ac fumo-  
sain quandam qualitate em corrumpuntur. Eius-  
modi vera cruditas, si Galeno credimus, deterior  
est & promptius febres accendit, quam ea que  
ob frigidityem cibos in acidam qualitatem ver-  
tit.

*s. hb. ar. cur-  
rat.*

Coniuncter tamen humida, pinguia & dul-  
ci apri mo loco, que sicut aliagentiae sunt, se-  
cundo loco assumentur.

### DE CONSVETVDINE.

*g. method  
me. lend.*

Consuetudo non solus in cibo & potu, ve-  
rum etiam in omnibus aliis rebus non naturali-  
bus diligenter obseruanda est. Maximam nam-  
que virisque & maxime principalem habet vi-  
tam in recuperanda, quam a conservanda sa-  
nitate. Cuiusque enim corporis naturam o-  
fendit, ad eum ut Galeno sui temporis medicus no-  
nnulliter ienit communis curiosus videantur,  
quae immodicale invenientur restringere audeant. Quis  
enim adeo stupidus est, vt magnopere ex aqua  
frigida

frigidæ potionē lassus, hanc in diutinū vsum  
duxisse velit?

De consuetudine sic inquit Hippocrates: Qui 2. Aphor.  
consueti solitos labores ferre, etiæ fuerint imbe, 49.50.  
cilles & senes, non eos consuevis fortibus atque iu-  
uenib[us] facilis ferunt. Quæ enim ex longo  
tempore consueta sunt, etiæ deteriora sunt, ins-  
uetos minus molestare solent. Ac cum nemo sit  
hominū, qui in opinatis rerum sortibus non sub-  
iiciatur periculosa est vñica tantum cōsuetudo.  
Addit ergo Hippo. Oportet igitur ad insueta per-  
mutari: mutatio rāmen debet esse modica.

Quod vero consuetudo longo tempore con-  
tracta temere mutanda non sit, apertissime Gale-  
nus ex ista Hippocratis sententia evincit: Humi-  
dus omnis virtus febricitatibus est idoneus, pos-  
tissimum autem pueris, & calidis, qui ita cibari sunt  
sueti. Febricitantib[us] enim, vt inquit . ex ipsa con-  
trariorum indicatione, humidus virtus condu-  
cit: Pueris vero & aliis qui tali virtuē consue-  
uerunt, ex indicatione similium. Vt enim artas  
pueris, non morbus, sed secundum naturam est;  
ita consuetudo asekituriam quandam naturam in  
corporibus gignere solet, cui contraria dedisse  
in primis est noxium. gaudent enim naturæ  
cōsuetis semper. Ergo affuetudines tametsi pra-  
ux sunt, tempore ægritudinis non sunt mutan-  
dz. Imo nec per summam sanitatem semper id  
tentandum est, sed tum cum à negotiis maxime  
liberi sumus.

Ad consuetudines etiam naturarum proprie-  
ties pertinet, quas recentiores Medici Naturas  
specificas, aut in sequentes materiam appellant.

Ff Secundus.

1. Aphor.

8. lib. meth.  
medend.

1. hbr. de tib.

enda sanitatis

Galen.

## 450 DE GYVERNANDA

*y. art. curas  
se. libro.*

*2. Apibus  
etymo 38.*

Secundum quas quidem proprietatos (ex Galeni sententia) alii semper ad alios cibos & potus recte se aut non recte habent. Et in hoc certe falluntur nonnulli, ac imprudenter operantur, qui exhibent vinum, aut aliud quipiam secundum proprietates specificas alicui contrarium. quantumcunque cognoverint illud secundum qualitates manifestas conuenire. Proprietates n. in omnibus, sive specifica, sive insequens materiam, est supra omnes dispositiones manifestas obseruanda. Et hoc est, quod Hippocrates ait: Parum deterior cibus & potus, delectabilior vero, melioribus quidem, sed minus suauibus est praferendus. Atque in hoc experimentum, vincit rationem.

## DE P O T V.

Quoniam compendiose de ratione cibi, que substantia sicca ex corpore nostro effluxa restauratur, aetum sit: nunc breuiter dicendum est de potu, qui substantiam corporis humidam effluxam restituit, tametsi sint qui esse ipsum vehiculum tantum cibi existimant.

## DE POTIONIS MODO.

Potionis, Galeno credimus, is modus erit, ut nec in ventriculo innatet, nec fluctuationis vilius sensum inuehat. Illico etiam post cibum antequam concoquatur, bibendum non est: siquidem innatant cibi si bibantur, ita ut eos ventriculi corpus propter interpositum humorem non contingat: veruntamen fitibundus si quis fuerit, prohibere eum in rotum ut graue est: ita nec expediens: sed tantillum iaduigendum est, quod

*7. lib. me-  
di. me-  
dico.*

&amp;

& desiderium soletur, & sicuti leuet. Posteaquam vero nutrimentum concorserit, abunde bibete finendus est: quippe celerime, si ita fecerit, per corpus alimentū distribuitur, id quod extenuatis eum primis conduceit. Quia de causa potum hora cibationis non in quantitate continua, sed discreta, non una inquam, sed pluribus vicibus assumere expedit.

Potu: vero tum substantia tum qualitate eius modi cito debet, ut præcordia celeriter transiens non diu in ventre fluctuet.

## D E A Q V A.

Aqua quidem optima est fontana recens, eius nulla qualitas viciosa aliunde sit contracta, cuius fons ad orientem solem erumpit, quaque per meatum aliquem mundum aut puram coleatur terram, qua que calefaciat, refrigereturque optimissime. Cauenda vero sunt aquæ qua ex stagnis leviantur, & qua turbidae, & qua male olenentes, & qua falsa: Denique in quibus qualitas aliqua gustu reprehenditur: quando qua optima est, non gustui modo, veramente olfactui omnis qualitatis expers videbitur. Eadem quoque tum potui incunda erit, tum plane pura. Qnod si præcordia quoq; celeriter transit, nihil est quod magis idoneam requiras: quando si qua pura lymphatica est, nec potu insuavis, ac nihil fecissit tamen circa præcordia hæret, hæc vitio non caret, atqua abstinentum ab ea censeo: ut cum prossus est frigida calefacta, non dissuadeo. Tu-  
tissimum tamen fuerit experientia ipsa de eius-  
modi aqua iudicium fieri.

*G. L. de fa  
nitate iudea  
da.*

Vinum haud ita omnibus sicuti aqua conatur: quam enim iam optimam iudicamus aquam, hac vti pueri iuueni, seni (velut & de aere dictum est) conducet. Vino autem aliis alias proportionatis ratione vti expedit. Scindum enim quod vinum calefacit & humectat: cuius rei gratia pueris, qui calido humidoque sunt temperamento, minime conduceit. Nam praterquam quod nihil commodi ex vini potionē sentiunt: etiam lèduntur, eo quod non solum plus & quo calefiunt humectanturque, sed etiā quia caput iis halita repletur, sicuti & aliis omnibus, qui calido humidoque temperamento sunt prædicti.

Quare neque adolescentibus vinum nisi modice sumptum vtile est, quod videlicet & ad iram & libidinem eos præcipites faciat, & animi rationem hebetem turbidamque reddat. Cum autem sit omnis excessus fugiendus, maxime hunc fugere expedit, ex quo nō corpori modo, sed etiam animo damnum accedit. Senes autem quia frigido siccoque temperamento sunt, omnium commodiissime vino vtuntur.

## DE VINI IUVAMENTIS.

Iuuamenta vini sunt humectare ac nutritare, quicquid immodice siccatum est, siue ex immobilitate laboribus, siue ex proprio tempore siccitas provenerit. Bilis item amara & crimoniam mitigare ac frangere, per sudores vrinasque eandem vacuare: ea que in ventriculo aut venis sunt concoquere, vires organo-

32. lib. art.  
moral.

ZUM

*Tum augere excrementis expellendis viam facere, & cum vina boni succi sint, corpus nutrire: quorum tamen iuuamentorum pene nullo egit puori.*

Potro vina validissima sunt, quæ plurimum aquæ in mixtura sustinent, qualia mox colore flava, ætate vetera, boniq; odoris esset solent: quæ vero paulo minus calida existunt, fulua sunt: quæ adhuc plus à vehementia caloris recedunt, rubra ac dulcia sunt: quæ vero colore alba & aquosa conspicuntur, omnibus minus calefaciunt, & quasi media inter aquam & vinum videntur.

Austera vina roborant quidem ventrem, caputq; inter omnia minime tentant, ceterum digestionem in corpus minime accelerant.

Vinum substantia tensa & qualitate calidum conducit phlegmatis, crudos humores habentibus ob idq; in syncope incidentibus. Vinum vero substantia crassum confert macilentis, qui impinguari desiderat. Cauendum autem, ne obstructiones inuehat:

Ieiuno præterea stomacho vina commixtæ cœienda sunt. Quemadmodum autem diluenda sunt vina ratione temporum, dictum est supra, cum de cibandi tempore ageretur. Bremiter cuique obseruanda est sua consuetudo. Sunt enim quibus caput ob inaberrabilitatem, si vel paulo mesracius biberint, statim tentatur: rursus sunt, qui meraciore adeo delectantur, ut si dilutius biberint, eorum stomachus subuertatur. Vetus vero vinum adeo sitem non extinguit, ut inexhaustum etiam sitem generet. Quidam enim veteri vino obrutus ac inebriatus filii periisse legitur.

Et immoderatius ingestum, præter cætera necessaria, etiam apoplexiā, morbum comitiale, & id genus alios morbos frigidos excitabile, calorem innatum suffocando.

*De tertia re non naturali.*

REPLETIONE ET  
euacuatione.

Dixi hactenus nonnihil de primo sanitatis tuerenda, scilicet de refectionis eius, quod est corporis effluxit, modo. Nunc breuiter dicendum est aliquid etiam de altero conservandi sanitatem modo, qui per excrementorum, quæ per concoctionem collecta sunt, expulsionem fit.

De repletione, quod viranda sit, dictum est supra in cibi quantitate: quia omnis immoderata repletio, sive ad vasa, sive ad virtutem, sive ex potu, sive ex cibo pernicioſissima existit.

Hic præter dicta obiter notandum, duplarem esse repletionem: unam recens factam: alteram paulo ante factam. Recens factam repletionem voco, quando quispiam se nimis cibo & potu siue repleteuit, ut grauem se crudumque sentiat. Et ista quidem repletio per purgantia pharmaca, ut nonnulli ignorari faciunt, haud curanda est, sed potius per abstinentiam, per deambulationem, per somnum multum, & his similia, donec cibus ad inferiora descenderit. Tum enim adiuvari potest, aut glande subdita aut leui per anum infusione.

4. Bb. de sa-  
nitate curand.

Nam si crudii humores in corpore collecti ad modum pigri, & ad expulsionem inepti ob crastinatio-

## SANITATE.

435

crudinem frigiditatemque sunt: quanto magis cibi nondum in ventriculo confecti, neque in humores conuersi. Vbi igitur cruditas in corpore est, alii deiectione plus periculi, quam iuuamenti adserit: praterquam enim quod nec notatum quipiam dignum educit, etiam tormina, rosiones & animi deliquia creat: id quod Hippocrates illo oraculo praecavuit, quo breuissime praecipit, Concocta medicamento tentanda esse, non cruda, &c.

Paulo ante facta repletio est, quando cibi & potus longo temporis spacio in humores conuersi, ac per calorem in natum iam non nihil consisti sunt. Ethaic quidem repletioni conuenit Euacuatio, quia rectius non curatur, quam euacuatione. Hanc duplēm repletionem innuit Hippocrates illa sententia: Sudor multus ex so. 4. Aphor. mino factus absq; causa manifesta, &c.

## DE EVACVATIONE.

De euacuatione sciendum, quod Hippocrates euacuationem simpliciter vocare solet, quando humores omnes æqualiter euacuantur: purgationem vero appellare, quando humores prava qualitate affecti educuntur Vbi enim æqualiter inter se succi sunt adauerti, id & plethoran Græci Gal. lib. 15, vocant, nos plenitudinem & succorum redans, dantiam dixerimus: vbi vero vel flauabili, vel nigra, vel pituita, vel serosis humoribus resertum corpus est, eum habitum cacochemiam, quasi succorum vitium dicas, nominant.

Ergo plethora tum sanguinis missione scarificatione curatur, tum frequenti balneo: tum

exercitatione: tum frictione præterea digerentibus medicamentis, & præter hæc omnia ex accidenti inedia.

Succorum vero vitium, purgatione, quæ cuicunque superanti sueco sit accommodata, corrigitur.

Cum autem purgantium medicamentorum usus sanitatis tempore rarus esse debeat, nec nisi valde indigentibus, & ex longis intervallis utiles sit (quoniam earum, quæ quotidie generantur, in corpore superfluitatē euacuatio plenior quam minor est, quam ut purgantis pharmaci operationem exigat) non erit nunc de iis locus.

Sed breuiter norandum, cum eorum, quæ à corpore exigenda sunt, varia ac multa sint species, non solum vacuationem secundum easdem variandam esse, sed unum quodque oīiam excrementum per conuenientem regionem ac propriam à natura fibi inordinatam viam excernendum esse.

Sunt enim excrementorum species: aliae quidem eorum, quæ in ventre perficiuntur, & à fæco separantur, & per omnia intestina paulatim impulsa tandem per secessum excernuntur. Aliae vero eorum, quæ in iecinore perficiuntur, & est aut flava, aut alia bilis, quæ & per aluum, & per vomitum expurgari possunt. Ceterum aptior est vacuatio per aluum, tanquam usu iam valentibus intestinis iecinoris superflua tolerare.

*Gal. lib. 7.  
method. me-  
dendi.*

Aliæ eorum, quæ in arteriis & venis: & effervens aquo fæces per renes ad vesicam transmissæ. Aliæ eius, quod per singula membra distribuitur alimenti. & est partim sudor, partim materia, quæ per omnes exiguae corporis meatus seu pos-

fos evaporat, ac per occultam transpirationem euaneat, quæ ut sensum fugit, ita & nomen non habet. Sunt præterea tamen partes, quæ præter hos latentes meatus alios quosdam apertos & conspicuos obtinent: sicut cerebrum propriæ suam eminentiam plurimis maximisq; canaliculis expurgatur, primum per narres & palatum: secundo per vitramq; autem: tertio per caluantem commissuras: nec non etiam aliquid ab eo confluat ad oculos. Oculus vero, quo probius manus suum obeat, per evidentes meatus elicet, quicquid in excrementi gignitur, nempe per narres genasq; Sic pulmo per sputum ac tuſsim præcipue expurgatur.

Porro omnium excrementorum retentorum commune hoc documentum est: quod retentio-  
nis causæ semper contraria causa admouenda sit.  
Exempli gratia, si resticta aliis fuerit ob co-  
metorum pauoritatem ac ficitatem, videndum, vt  
tum plura, tum humidiora exhibeamus: si vero  
ob ficitatem tantum, non quidem plura, sed  
humidiora offeramus: si ob cometorum austes-  
ritatem & acerbitatem dulcibus & pinguibus  
cibabimus.

Quod si in ordine ciborum erratum est, ut si  
ea, quæ adstringunt fiscantque primo: qæ vero  
humida, dulcia ac pingua sunt, secundo loco  
sunt correcta: tunc corrigendus error, & mutans  
dus ordo est.

Si vero ob vitudi modum, ut si quis cum bis e-  
dendum esset, tantum semel comedere, non bis  
tantum, sed & sapius cibabimus.

Deinceps, si excrementi mora ob ventris in-

Ff 5 coti-

testinorumq; intemperiem quandam euenerit,  
considerandum est, an naturalis, an recens con-  
tracta intemperies sit. De naturalibus quidem  
hic nihil agetur.

Recentia vero intemperierū nō sunt dif-  
ferentia: quatuor simplices, calidæ, frigidæ, hu-  
midæ, secæ: quatuor composite, calidæ & hu-  
midæ, calidæ & secæ, frigidæ & humidæ, & frigidæ  
& secæ.

Quæcumque ergo ex his recens contracta in-  
temperies, siue simplex, siue composita fuerit,  
contraria siue remediis reducenda ad æqualitas-  
rem est, quam ad reī peritus nonnanquam ac  
fidelis aduocandus est medicus.

Sic de reliquorum excrementorum in corpo-  
re excretorum speciebus haud dissimile esto iu-  
diciū.

## DE VOMITV.

*g. de Kb. vſu  
part.*

Bene inquit Galenus antiqui medicorum si-  
mul cum alijs documentis ad sanitatem tuer-  
dām pertinentibus, à eibarīs vomitū singulo  
mense suadebant: nonnulli quidem semel suffi-  
cere existimantes, alii autem etiam bis concitā-  
dū censentes. Omnes tamen hi qualitates i-  
psas comestorum acres & abstensorias eligendas  
firarent, vt totum phlegma ventrī expurgetur,  
& nihil cacochymia lēdatur corpus. Frequentis  
tamen & laboriosus vomitus omnibus fere ho-  
minibus caendus est, præcipue vero iis, qui  
stricto pectorē & ad sanguinis refectionem per  
os patati sunt. Nocte enim pectori, auribus, o-  
culis, dentibus, & ipsi quoq; capiti, nisi ob sto-  
machī repletionem sit laſsum.

DE

DE PHLEBOTOMIA ET  
Scarificatione.

Venam per annum sepius incidere haud con- Ex hb. Gal.  
nenit, vna enim cum sanguine vitalis spiritus de hyra, &  
excernitur, qui si copiosus absumatur, fit ut tota re vel eis  
moles redatur frigidior, operaq; naturalia de carbistica &  
terius perficiantur. Quam obrem à minus prin- Scarificat.  
cipalibus, puta cruribus, detractio cum scarifica-  
tione facienda est.

Vbi tamen magni cuiusdam morbi metus im- God in L. de  
mineret, cum virium labore florentiq; atate, rat. curandi  
tute sanguis mittendus esset.

In hoc tamen consideranda est naturalis ho- minis temperies. Nam quibus ample sunt venæ, mif. & 3.  
quiq; modice graciles sunt, nec candidi, nec re- hb. de loch  
neta carne prædicti, securias sanguinis missione affilb.  
vtuntur. Contra hanc vero minus tuto: quippe qui exiguum sanguinis habeant, carnemq; facile transpirabilem: cuius rei gratia nec pueris ve- nam secare tutum est, vtq; ad quartum decimum  
etatis annum. Qui igitur nigriores natura sunt,  
et crassiores sanguinem ac magis melancholicum  
colligunt: magis vero, si etiam magnas habere  
venas conspicuntur, ac corpore hirsuti sint, ii se-  
cta vena iuvantur. Qui vero albidiiores natura  
sunt, & carnosi, & paruas venas habentes, san-  
guinem plerunq; tenuem aceruare solent: quo-  
circa iis malleolos aut poplites scarificare, quam  
venam incidere, præfiterit.

Senibus præterea venam incidere periculo-  
sum est: At: tamen senilis, non annorum nu-  
mero solum, sed & corporis habitu estimande

est. Sunt enim qui septuaginta natu annos vensectionem adhuc perferant, cum rursus sint, qui ne sexagesimo quidem etatis anno ferant. Si igitur vires robustæ adfuerint, quas pulsus vehemens cum aequalitate indicare perpetuo solet, vel sepruagenatis (si affectus iubat) venam seare par est: minus tamen utique iis detrahendum est sanguinis, quam aestate florentibus, tamen affectio si viri sc̄q; aequalis.

## DE BALNEIS.

2. Apheris.

Com. 17.

3. Apheris.

Com. 15.

4. Apberis.

Com. 2.

3. lib. de us-

uend. rat. in

morb. acut.

Balnea, quia per cutem aequaliter corpus eius evanescunt, recte ad sanitatem intendam non unquam adhibentur Et quamvis parua sit, quæ per balnea fit euacuatio, tamen à Galeno omnes penes euacuationes, quibus Medici circa agrotantium corpora vtuntur, recensente, etiam balnea inter ipsas adnumerantur tutiusq; crebro, quam pars gantia pharmaca adhibentur. Raro autem lauacro vtuntur homines (si Hippocrati credimus) quod ipsum preparare nesciunt: Balneæ namq; si veterum Medicorū ritus instituuntur, quatuor partibus varia facultate prædictis constant: ob idque Galenus recte easdem calide intemperies hec tisq; febribus dupli ratione, tam per se, quam ex accidenti prodeesse autumat.

Primum enim homines balneâdi in aere ver-  
sari calidæ debent: postea in aquam calidam de-  
scendere (lauacrum vocant) mox ab hac egressu  
in frigidam: postremo sudorem detergere Quibus enim omnia rite adhibita sunt, ii post frigi-  
dæ usum adhuc sudant, & omnina ipsis extremita euacuantur. Precipue autem euacuantur per

bab

io lib. meth.  
redend.

Balneas quicquid in corpore vel fuliginosum  
vel fumidum fuit. Consistunt autem in naturali  
symmetria, tum oero ipsa, tum cutis: solidarum  
partium ariditas corrigitur, & calor non modo is  
qui ex lauacro accessit, verum etiam qui prius  
fuit ex frigida vsu, summoetur.

Hæc quidem commoda balnea aquæ dulcis  
potabilis sequuntur.

Aqua vero naturaliter calide medicamento-  
sa (quas thermas vocant) siue marinæ atq; salsa  
fuerint, siue nitiosæ, siue sulphureæ, plus qui-  
dem bilis educunt, quam dulces: sed non ita hu-  
mectant, neque prosunt, immo qualitate sua non  
nunquam plus nocere, quæ evacuationibus ius-  
uare conspicuntur, vti Galenus testatum reli- Gal. 3.56.  
quit de quodā, qui corrupto iudicio iis balneis <sup>fauit, tenuit,</sup>  
vsus, ad tantam corporis extenuationem ac per-  
niciem peruenit, vt tabe consumptus interiret.  
Dulcium autem calefactarum aquarū, si media  
temperie sint, vis calida & humida est: si tepi-  
diotes sint, humida & frigida: quod si isto cali-  
diotes fiant, calida quidem, sed non perinde  
humida vis est. Qui carnis angenda gratia bal-  
neantur, sicut macilenti, & qui atrophia vexan-  
tur, nullumque ex cibo fructum sentiunt, post  
confectionem, facta tamē prima & secunda coas-  
coctione, balneas ingredi debent, ac tantisper  
in iis morati, donec membra ac vena in tumo-  
rem attollantur: sed antequam concidat tumor  
egriantur, ne id quod attractum est nutrimens  
sum resolnatur.

Qui vero gracilis esse cupit, ieiunus ac fama  
licius balneandus est, calide magis quam frigide,

mo-

moreturque in lauacio, donec tumor ac venatum inflatio minuatur, ac post exitum dormiat.

## DE CAPITIS LOTIONE.

Caput vero lauandum est aqua aut lixiuio valde calido, quantum scilicet quis tolerare poterit, ac superfluitates ob tepiditatem aut frigiditatem in capite retineantur: moxque pannis calidis caput exiccadum est.

*De quartate non naturali.*

## MOTUS ET QUIETE.

Motus quidem omnis calcificat corpora, contra vero quies refrigerat. Hec calidis, ille frigidis naturis ex yisu est.

Non omnis motus ex aequo omnibus exercitatio est: idem enim motus alteri potest exercitatio esse, alteri vero non.

Is vero motus exercitatio dicitur, qui an helium crebitorem in citationemque reddit. Sed omnium exercitationum utilissima haec esse probantur, quia non corpus solum, sed & animum oblectare poterunt. Hinc admodum sapienter fecisse videntur, quicunque venationes aliasque animalium capturas excoitarunt.

*a. libr. de san-  
ctis, lib. 3. secund.* Exercitationis iuuamenta licet multa sint, tamen tria praincipue numerat Galenus, quibus reliqua priuatin, commoda accepta referruntur.

Primum est, membrorum durities ac rebur, ex mutuo eorum contritu eueniens.

Secundum, innati caloris augmentum.

Tertium, spiritus citationis motus.

Zorro ex membrorum duritia utriq: sequitur;

ut &c membra ex labore minus afficiantur, & ad labores valentiora promptioraque reddantur.

Ex calore vero aucto omnes corporis virtutes seu facultates, præsertim naturalis, vegetiores redunduntur. Atque adeo tum validior fit deducendorum in corpus attractio, tum immutatio magis expedita, tum nutritio magis felix.

Ex spiritus vero valentiore motu, & purgari omnes exigas corporis meatus necesse est, & excrementa expelli.

Si igitur hoc præstat exercitatio, sive que impura atque ab excrementis parum mundata corpora quanto magis nutriuntur, tanto magis ligantur, utilius certe est ante cibationem omnem adhibere exercitationem. Id quod Hippocrates his verbis indicat: Labor, cibus, potio, somnus, Venus, omnia mediocria. Singulorum enim mediocritatem seruandam esse: per epitheton mediocria præcipit. Tempus vero ipso sermonis ordine definiuit, interpretante sic Galeno. Illud i. Hippocrates clarius sic ostendit: Labores, inquiens, cibos præcedant. Ex his manifestum est, prauam atq; erroneam esse in omnibus ferme gymnasii literaris consuetudinem, vbi literarum studiosa iuventus nunquam pene nisi ab assumpcio statim cibo corpora exercitare solet. Sicut enim maximi momenti ad sanitatis tutelam est exercitium ante cibos, ita pernicioſissima res est, omnis post cibum motio: distribuitur namque tum cibus ex ventre per omne corpus, prius quam concoctus ac utilis factus sit, &c.

Cōmodissimum ergo ad exercitationem tempus est, cum hæc eternus cibus proiſus iam dupli-

con-

*2. Aphor.  
risma 19.*

*Ga.li, de cib.  
boni ac mali  
succ.*

2. & suonda  
vales:

concoctione sit consecutus, ea videlicet que in ventre & ea quæ in vasis sanguinis agitur. ac iam denuo cibandi tempus instet. Nam si aut prius, aut posterius exercitatione utere, aut crudis humoribus hominem impuleris, aut pallida bilis prouentum auxeris. Huiusc vero temporis nostra, calor propria urina cuique esse poterit. Urna namq; quæ aquæ speciem præfert, crudam ad huc in venis esse succū eum indicat qui à ventre submittitur. Quæ vero rufa biliosaq; est, iadudū concoctum esse huiusmodi tuncum: quæ modis esse paler, peractæ iamiam secundæ concoctionis est signum: cum namque bili infecta urina nondum est, aquæ speciem albedineaque præfert. Cum vero plus iusto eius bilis acceperit, rufa cernitur. Ergo cum mediocriter est rufa, medios criterive pallens, tum est exercitatio adeunda: expulsis tamen prius excrementis, quæ vel in vesica vel in inferiore ventre continentur, ne quid ex his vi caloris (qui per exercitationem accendit) in habitum corporis rapiatur.

Hæc de exercitationis tempore iam dixisse satis sit. Quod autem ad exercitationis quantitatem seu mensuram attinet, sciendum, quod tum deum à motu desistere fas est, quando vel tumor corporis detumescit, vel coloris pulchritudo & robur mutatur, aut cum ex motu vel lassitudine vel sudoris copia sequitur: id quod Hippocrates partim in Aphorismis testatur, partim in sexto Epidemiorum libro, quem nostra tempestate Leonhardus Puchlius, Medicus omni & bonarum literarum & rerum cognitione insignis, doctissime felicissimeque interpretatus est: cum  
prin

2. Aphor.

48.

6. Epri. p.

3. Aphor. 5.

pridum enim lassari cœperit corpus, confessim  
quiescendum est.

**Qualitas etiam exercitationis corpus alterare**  
potest. Motus namq; in quibus validissime oscil-  
lantur; corpus mouetur, gracile, musculosum,  
durum, compactum ac vegetū corpus reddunt:  
contra vero remissi, tardi ac languidi motus pla-  
ne diuersum à prædicto, languidum videlicet ac  
molle corpus efficiunt.

## D E Q V I E T E.

Esse quosdam eorum qui florente ztate sunt,  
qui quiete postulant: testatur Hippocrates in li- 4. b. 6. lib.  
bro de vulgo grassantibus morbis, ubi calidis na- sen. 12.  
turis quietem imperat. Magna enim flamma, eo  
quod calorem ascendat minime egent; cum sa-  
tis ipsa sibi ad tutelam sint; & vt materia domi-  
nentur. Unde præclare Galenus: illud multo ma-  
xime, inquit, mirandum est, cum Hippocrates 5. lib. de fa-  
moneat calidis naturis utilius esse in ocio agere, nitate inau-  
 quam exercitari, non paucos tamen Medicos da.  
esse, qui ne norint quidem: cuiusmodi tamen  
homines sunt: sed omnibus iuxta exercitationes  
inlungant.

Non tamen ignorandum est, quod Hippocra-  
tes per ocium non plane intelligat desidiam,  
quam nusquam in totum adiutus quisquam est;  
sed cum quietem agere calidis naturis suadet,  
vehementi motione vti vetat. Qui enim calido  
& secco sunt temperamento, ob vehementes mo-  
tus plerumque in ztate bilioſos morbos incur-  
sunt: intermidis vero immodicis laboribus san-  
ctuantur.

Similiter etiam à clbo tum animi tum corporis quies habenda est.

## DE FRICTIONE.

Quia corporis frictio eandem fere cum exercitatione vim habet, recte de ea hoc in loco agitur. Debito enim modo adhibita vitale siccatur, & modice calefacit: unde si yr distributio alimenti sit facilior, & nutritio promptior. Nam multi, quorum corpori longo tempore ex alimento nihil accessit, & ex opere Graci vocant, comoda frictione adhibita paucis diebus eam completi sunt.

Frictionis quatuor praincipia sunt genera,  
 Fri<sup>dura</sup>  
 c<sup>mollis</sup>  
 c<sup>multa</sup>  
 c<sup>mediocris</sup>  
 c<sup>habet</sup>  
 c<sup>vim</sup>  
 c<sup>ligandi</sup>  
 c<sup>soluendi</sup>  
 c<sup>minuendi</sup>  
 c<sup>augendi</sup>

Expedit autem varium in frictione fieri materialium inestum & circumactum, quo videlicet varietas musculorum fibrarum, quoad fieri potest, omni ex parte friccentur.

Porro apud veteres frictionum plurimus erat usus, adeo ut nemo etiam ex iuuenibus prius exercitaretur, quam fricatus oleoque inunctus fuisset. Nostro vero seculo tum potissimum eius usus est, quando vel ob impedimentum motum, vel aliam quamcunque causam exercitatio fieri nequit. Supplet enim vicem exercitationis. Frictionis quantitas, qualitas, ac tempus eundem penes copum, quem exercitatio & balneorum habent.

Mis enim qui carnis augenda gratia fricantur,

848

zunc plane sanienda frictio est, cum corpus & ins-  
tumuit, & ad summum fere tumorē peruenit.  
Qui autem ad excitandum iam præparantur,  
his minime id tempus expectandum, sed longe  
prius defistendum à frictione est: postillimum si  
optimi temperamenti & aetate puerili sunt.

Qui vero carnis minuendę causa fricantur, eas  
tenus fricandi sunt, donec corporis tumor con-  
cidat in sese molesq; deponatur: primum namq;  
corpus attollitur, deinde fit gracie, veluti aqua  
calidam infundas, primum quidem corpus intu-  
mescit: deinde si largius infundas, concidit: ita  
& frictio quoque attoilit quidem primum, post  
ea contrahit ac molem deponit.

Postremo quia frictio vacuandi vim obtinet,  
maxime confert iis qui prauis simul ac crudis  
humoribus oppleti syncope prehendi solent, cu-  
iusmodi nonnullos vidi. Hi sane vacuari post Galen. lib.  
lant, verum neque venæ sectionem, neque alii 12. method.  
deiectionem citra noxiam ferunt. Nulla igitur a medend.  
bia iis vacuatio excogitari potest commodior,  
quam ea quæ ex frictione paratur.

*De quintare non naturali.*

### SOMNO ET VIGILIA.

Somnus utrumque fere sanitatis tuendę me-  
dum adiuuare videtur. Primum restitutionis me-  
dum, quia per somnum spiritus resoluti regene-  
rantur, & calor & humiditas radicalis censeru-  
sur augeturque.

Alterum vero, qui per excrementorum expul-  
sonem fit: quia neminem latertoto hoc tempo-  
re, quo quis dormit, animalem facultatem que- Galen. lib.  
demorbi sanificat.

Gg 2 scris.

**S. Aphorisi.** scere : naturalem vero validius agere. Ob id in-  
mox. Gal- somnis longioribus superfluitates expurgantur,  
do morbo. quæ quidem exquisite extenuantur per cutem;  
taufit. quæ vero in vapores convertuntur, per expira-  
tionem; quæ vero sufficientem habent et suffi-  
dinem, per vinas.

Experientia enim videmus, quod somno con-  
uenienter facto omnes fere corporis superflui-  
tates per suos meatus rite expurgantur, sive id  
ob naturam instauratam contingat, sive quia  
**Hippoc. 2.** materia concocta sit. Optima enim fit per so-  
mnum, non solum in ventriculo, verum per vni-  
versum etiam corporis habitum concoctio: &  
deg. acc. vi.  
pan de moro.  
taufit. sunt qui præcipuum esse somni officium putant,  
adiuuare concoctionem. Si quidem multa vigi-  
lit cibos potusq; tuni crudos, rum incoctos redi-  
dunt. Ad hæc quia per somnos quiescit prima  
sentiendi vis, qua non in corde, ut Aristoteli, sed  
in cerebro residet, ut Galeno Medicorum princi-  
pi placuit: quam obrem temperatus somnus non  
solum corporis, sed & animi sanitatem conser-  
uat eiusq; morbis, ut Phrenitidi. Melancholia,  
amentia, & similibus mederi solent. Vigiliz vero,  
quia somno plane contrarium effectum obtinet,  
corpusque exsiccant, omnibus tum morbis, tum  
naturæ siccis aduersissima sunt: Ut autem somnus  
sit tenperatus, quoquo breueri obseruanda sunt.  
Primum tempus, secundum Loxus, tertium  
Corporis situs, quartum somni quantitas.

## DE SOMNI TEMPORE.

**a. pref. II. &** Scribit Hipp. ad hunc modum: Quod ad so-  
mationem pertinet, quemadmodum secundum  
32. MS. 7

autram consuetum nobis est, interdù quidem vigilare, noctu vero dormire oportet: ab hac consuetudine si quis aberrauerit, peior erit somnus, qui à tertia diei parte ad noctem usque capit, quam qui matutino tempore fit. Pessimum tamen est si somnus reg; noctu, neq; interdiu accedit: id enim vel ob dolorem laboremque accidit, vel delirium futurum significat. Ex quibus Hippocratis verbis manifestum est, aptissimum somno tempus ob tranquillitatem eius, noctem esse, hanc si quis insomnem transegerit, aptius dormiendo tempus esse matutinum, minus vero apertum tempus pomeridianum, quia somni tum non quieti, nee sine interruptione sunt, quod circa digestiue virtutis noxam non contingit, quam dandum sit aliquid consuetudini. Quae enim ex longo tempore consueta sunt, minus molestare solent insuetis.

Huc pertinet quod illico post assumptum cibum dormire nocet & sensibus, nervis & capiti, multarumque & gritudinum occasio est, praterquam quod somni sunt inquieti, vanis ac phantasticis somniis perturbati, qua ob cerebri repletionem saepe eveniunt. Conducit ergo à cena unam & alteram horam ante confabulando, aut instrumentis musicalibus, aut aliter latendo transigere, quam quis somnum admittat. Ieiuno etiam dormire stomacho, corpus debilitat & extenuat, stomachumque malis replet humoribus.

2. Aph. 50.

## DE SOMNI LOCO.

Secundo conuenit, ut locus, in quo dormitur sit subobscurus, radiis solaribus ac lunariis pressus.

Gg 3 MATRAS

uatus: in caliditate vero ac frigiditate temperatus, aut subfrigidus potius, quam calidus & vaporosus. Si enim in loco praecalido admittatur somnus, periculum est ne accedat syncope, ob somni & caloris extranei mutuam inter se pugnam Spiritus enim & calor innatus propter somnum suaque natura ad interiora refugere soliti, ad exteriora & ad circumferentiam corporis a calore extrinseco trahuntur.

DE SITV C O R P O R I S  
*per somnum.*

Primus & ultimus noctis somnus fieri debet super dextro corporis latere: medius autem super sinistro, capite semper eleuato: quanquam etiam super ventre dormire adiuuat stomachum in coreoquendo. In dorsum vero dormire supine, omnibus malum est, quia preparat corpus ad multas & periculosas aegritudines, superficiates cerebrales retinendo, atque ab expulsione viis auertendo, quae in anteriori parte capitis existantur.

DE S O M N I Q V A N-  
*titate.*

*Gak in lib.  
de ar. cur.  
persan. mis.* Somni quantitas vniuersis hominibus aequaliter praescribi facile non potest. Nihil enim est, quod artem Medicam aequa conjecturalē redat, atque singulis in rebus quantitas.

Solum autem optime temperati absq; praepotore somno modum praefintunt: alii autem quantum intemperati sunt, egent aut prohibente, aut adiuuante somnum, penes quantitatem scorpiū la- pfuum ad calidum vel frigidum, humidum vel fico

Secum, &c. In frigido enim & humido corpore cum maior soleat esse somnus, quam ut solum restauraret quod dissolutum est. nimis etiam caloris constrictione ipsum corpus suffocat & extinguitur in corpore vero calido & sicco minor est somnus, quam ut restauraret deperditum. Atq; hoc est quod Hippocrates ait: Somnes & vigilia, utraq; si modum excesserint malum.

Tametsi autem sint, qui somni naturalis terminum communiter in septem horarum spacio confinere contendunt: rectius tamen, quod eorum pace dixerim, & perfecta eborum concoctione, quam ex horarum numero somni terminus sumendus est. Non enim est dubium, quin senibus & aliis qui debili ac frigido sunt stomacho, aut ~~βερεύσιος~~, id est, concoquendi tarditate quacunq; de causa laborat, longior somnus sit concedendus.

Ad hæc manifeste nouem horas & quinoctia, s. bbr. de les somno naturali prescribere Galenus videtur, sanita. inde idq; non plane liberis, sed aut Romæ aut in magna Alexandria sic ministrantibus, ut sole occidente libere à ministerio recedat, corporisq; cura agant. Nam cum minima nox (inquit) nouæ horas & quinoctiales aquet, abunde illis fuerit, si ibidem id totum tempus somno dederint.

Somni igitur terminum manifestat perfecta ciborum concoctio. Hanc autem perfectam esse presumitur: primum ex stomachi contractione ventrisq; ob ciborum descensum mollitie: postea ciborum paucitate aut saltum eorum insipiditate, deinde ex capitis totiusq; corporis leuitate ac agilitate: postremo ex vixing colore &c.

Gg 4      Ds

*De sexta & ultima re non naturali.*

**ANIMA & ACCIDENTIBVS.**

*Gal. lib. da  
exer. parva  
pila.*

Adeo potentes sunt isti motus animi, ut multi morbis saepe ex latitiae liberati, multi rursus ex nimia cōturbatione mente capti sint. Nullus est autem corporis morbus tantus, quive hemētior anima & agititudinibus esse possit, quapropter minus sunt ex affectiones negligendae, qualescunque tandem fuerint: sed tanto diligentior i&stam, quam corporis passionum habēda ratio est, quanto anima corpore præstantior censetur.

*Gal. lib. 12.  
meth. me-  
dendi.*

Non solum autē subiti timoris, sed & immodiici gaudii seu voluptatis occasione nonnullos perire, non tantum historicorum, sed & Medicorum testimonio constat. Quamobrem manifestum est sanitatis conseruatori vitandos esse omnes animi immodicos affectus, videlicet irā, tristitia, furor, timoris inuidia, &c. Hac enim alterant & à naturali statu corpus auertunt. Imo si magnitudine non iugulant, at certe facile resolubilem infirmumq; spiritum reddunt, viresque resoluunt, sicut frequentes vigiliæ. Vehementes sane animi motus, si modum nimium excedunt, biliosum calidumq; hominem reddunt, febresque accendent: si intra modum nimium subsistunt, pituitosum frigidumq; reddunt, atq; adeo viscerum obstructionibus, comitalibus morbis, apoplexia, & ceteris frigidis morbis obnoxium efficiunt. Hinc legimus, non paucos agros à Gasleno quotannis persabatos esse, solis animi motibus ad debitum medium reuocatis.

*Reuocantur autem vehementes animi motus*

*ad*

ad mediocritatem, tum per non sfernendam a te  
Musicam instrumentaq; Musicalia, tum per hi-  
stiones & mimos, & cantilenas ridicularum re-  
rum. Quo nomine non temere, nec sine singulari  
consilio aut prudentia factum esse arbitror, vt in  
omnium fere Principum aulis id genet morio-  
nes alantur, qui facete suis dictis aut factis Prin-  
cipum ac magnatū animos, ob varias rerū publi-  
garum curas seueriores mulcere atq; ad medio-  
ritatem reducere queant. Id porro Aesculapius,  
totius fere Asia numē, primus instituisse fertur.

*G. I. lib. 1. de  
sanit. in aula,*

Rursus quibus segniores deiectionesq; animi  
motus sunt, illis protectio: non solum venandum,  
equitandum, & in armatura corpus exercitan-  
dum: verum etiam & venationis & armorum &  
motuum species definienda est,

Non enim pari modo excitatur animi vis,  
'quando leporem, aut capream, & id genus fugae  
cia ac timida animalia sectamur, atque vbi cum  
apris, vrsis, tauris & id genus robore prauentis  
bus feris agitandis sumus attenti: Nec similiter  
cum in leui armatura & graui exercitamur, nec  
pariter cum citato cursu dimouemur, & cum  
mediocri motu agimur: nec vbi cum aliis con-  
tendimus, aut vbi soli agimus: iam clamore  
auacitus ad labores inhorteris irritesque, non  
parum interest.

Denique unusquislibet immoderatus animi  
affetus contrariò sibi affectu corrigendus est.  
Perpetuo namque certa atq; rata hæc regula est,  
Contraria contrariorum esse remedia, non sola  
in elementarium qualitatum, verum etiam in o-  
mnis alterius rei excessu.

## DE VENERE.

Quia usus Venereus absq; imaginatione fieri posse non videtur, solēt ipsum Medicinamz accidentibus annexare, de q; eo hoc loco non nihil dicere: quanquam non absurde & inter evacuationes numeretur.

Innoxia autem histantum Venus est, qui calidi natura sunt & humidi, quique genitura naturali abundant. Maxime vero aduersa res est iis qui frigidi sunt ac siccii.

Preterea Venus nō, sicut cib⁹ & potus, somnus & vigilia, & exercitium, & cetera res nō naturales cuiusque est aetatis, sed tantum aetate florium est. Quæ enim hanc vel præcedunt, vel sequuntur aetas, aut plane semen non effundunt, aut certe male fœcundum effundunt.

Tempus vero ad utendum Venere opportunum est, quando in omnium excessuum mediocritate corpuse constitutum fuerit, quando scilicet ne supra medium plenum, neque vacuum extiterit, neque nimio calore aut frigore, neque nimia siccitate aut humiditate affectum fuerit.

Quod si in his alicubi aberrare contigerit, entedium est, ut excessus sit exiguis. Deinde sciendum, quod tolerabilior tamen excessus sit, si calidæ p̄tius quam infigidato, & pleno quam vacuo, & humecto potius quam exiecato corpore Venereis utramur: eo quod cruditas & repletio facilius tollitur, quam marasitus, phthisis, aut atrefactio corporis.

Tantum denique interualli in Venereorū usu adhibendum est, ut neque resolutio aliqua in-

Gel. in 3.  
testim.

d-

de sentiatur, & homo seipso quodammodo les-  
uiet sibi factus, ac melius spirare videatur. Sic es-  
tim venereorum vsus corpus leuat, animam ex-  
hilarat, iram ingenteim remittit, & plerasq; phle-  
gmaticas melancholicasq; & gritudines auferet,  
vertiginemque tollit, seminis videlicet fumis à  
cerebro expellendo.

Tempus vero ad prolem procreādam aptissi-  
mum est, vel incipientibus, vel cessantibus mu-  
lieris menstruis: id enim conceptionis tempus  
est. Cum enim foemina conceptura est, acerabu-  
la, hoc est, venarum ora, per quæ singulis mensis  
bus sanguinis superfluum in uterum deriuatur,  
meat & scilicet expurgari solent, aperiuntur; quam-  
uis autem reliquo toto expurgationis tempore  
aperta ora haec sunt, non tamen tunc concipere  
mulier vlo modo potest, cum semen nequeat  
in matrice remanere, sed ab influentis sanguinis  
copia eleuetur. At cessantibus vel incipientibus  
menstruis & ora aperta sunt, & menstruum non  
multum, neq; vniuersum, sed paucum & pau-  
tima effluit, quasi humiditate quadam insudante:  
nde efficitur, vt ob asperitatem matricis semen  
adhæreat, satisq; alimenti ex sanguinis confus-  
entis paucitate habeat. Ante enim quam men- Gal. lib. 2.  
ses veniant, conceptus fieri propterea non valet, vul. 2.  
quia & alimento caret semen, & adhærentiam  
nullam inuenit.

Ad hæc tam mari, quam foeminæ commodissi-  
mum est, post congressum Venereum somnum  
admittere: mari quidem, vt lassitudo quoz Vene-  
rem comitatur, dissipetur, viresque refarciantur;  
foeminæ vero, vt semen genitale eo facilius reti-  
natur.

BAC.

neat. Tametsi autē ex retento semine longe mas  
ipsi, quā ex menstruis mulierū noxa vniuerso cor-  
pori accedere possit, ex immoderato tamē Vene-  
reorum usū grauius, quam ex eius intermissione  
corpus iadī posse existimandum est. A Venere  
namque & laxius corpora & frigidius & imbecil-  
lius & siccior efficitur. Nulla præterea res est,  
quę sic debilitet senectamq; acceleret, atque im-  
modicus creberq; Venereorum usus: quippe vna  
cum seminali humiditate vitalis spiritus ex ar-  
toriis evacuatur, ut minimè sit mirum, intempe-  
rantius coeuntes & imbecilliores effici, & volu-  
ptate immoda accedente, quę ipsa per se vita-  
le robur dissoluere potest, nonnunquam subito  
interire posse. Itaq; si omnibus in rebus modus  
seruandus sit, ut Hippocrati placet, profecto in  
Venereorum usu sapientis hoc dictū, ut ne quid  
nimis, sedulo obseruandum est: præcipue tamen  
pestilentia tempore.

Multis præterea cōducit post iustum cibi mo-  
dum aliquid eoram accipere, quę stomachum  
borant, cuiusmodi sunt austera fere omnia, ut  
mala, pyra & punica: nam horum usum ventrem  
solueri experientia compertum est. Non tamen  
multum de horum singulis pro vice sumendum  
est, sed quantum imbecillitatem stomachi resi-  
cere queat. Nullum autem medicamentum ad-  
modum calidum, quod ad cibi distributionem  
vehementer faciat, post cibum sumendum est:  
Non enim distribuitum quę sumpta sunt, sed  
concoqui est utilius. Satius ergo fuerit iis, qui  
externo aliquo præsidio ad concoctionē egent,  
hoc tempore exhiberi medicamentum, quod ex  
tribus

q. sanitatis  
remenda.

et ibus piperum generibus sit, Diatrion piperem  
vocant, non medicamentosum illud magis ope-  
ratum & compostum, sed simplex. Cuius com-  
positio talis est: ad eum usq; trium piperum drach-  
mas quinquaginta abuude adduntur: anisi &  
thymi & gingiberis. singulorum drachma alias.  
octo. alias sedecim, in puluerem omnibus roda-  
ctis, ac per reue cribrum transmissis: admisce-  
tor mellis odori flavi acerrimi dulcissimiq; ad-  
hoc curiose delpumati, quantum satis est, aut los-  
co mellis admiscetur zaccharum albissimum, &  
formetur ad fumentis placitum. eclegma et. Va-  
rianda namque sunt pro fumentis tum natura-  
rum placita pleraq; medicamenta. Nec proban-  
di sunt, qui omnibus sub una quapiam mensura  
eadem medicamenta conficiunt: Simplicissimum  
quidem medicamentum hoc est, atque hoc ipso  
magis simplex, a quo detractu gingibet est. Pru-  
dens hic omitto varia quedam medicamenta,  
qua tamen fere omnes hoc tempore pradicte  
medicamento admiscent, velutiamimi, cuius los-  
co nonnulli amomuarponunt, Seseli, libykkum  
helenum, nardispicam, & cassiam. Cum Galeno  
nauque sentio, hæc medicamenta subtrahenda  
esse, propterea quod cruda minimeque mutata  
ab his qui ea sumperint, longo tempore durare  
in ventre intelliguntur.

Debet autem, si haberit potest, anisum Creten-  
se esse, thymum vero vel Atricum, vel plane ex-  
ditis locis ac siccis: piper vero quod quidem lons-  
gum est, & similiter gingiber debent esse utraq;  
integra minimeq; perforata atq; ex Barbaria al-  
lata: album vero & nigrum piper utrunq; eligen-  
tium:

dum est, quod ponderosum, plenissimum, maximumque sit, quod nec rugosum, nec exile, nec crassi corticis fuerit. Ad hunc quidem modum hoc medicamentum rite paratum auxiliatur iis, qui parum concoixerunt, & qui recens frigus in ventre habent, ac pituitosum succum: ad hanc ascidios ruetus dissipat: quemadmodum fumulos ruetus sanare solet medicamentum ex aloë faciūt, quod hieram pictam vocant: verum sic aliud eō uti non licet, sicut prædicto diatrio p̄ person, quo etiam si quotidie utatur, quem frigidus venter infestat, nihil incōmodi ex eo sentiet. Imo quia huius medicamentiē calor in totum corpus nō defertur, veluti aliorum quorundam, sed circa ipsas primas venas extinguitur, non tantum semel aut bis quotidie porrigitur conus piet, sed & s̄p̄ius. Siquidem mane, & ante sibum, & post, etiam cubitum cunctis rebus recte datur.

T I M I A

**FRANCOFORTI,**  
E Typographio Iohannis Saarii, Im-  
pensis Vincentii Steinmeyeri.



---

**ANNO M. D C. XIL**

